S. D. Di Carolo Imp. benignas victorias
scripsit quidem Iulius qui castra sequitur,
uno forte bello, vidit magnus alter
poeta. Delectat argutia versus, nec
sententiam improbo. ~~Aliquid ei~~ Nam
benignas victorias orbi terrae
aliqua ex parte miserias mitigavit.
sed nos eam Dei bonitatem celebramus,
qui reliquias Ecclesiae et Germaniae
voluit servari. Et ut servet, toto
animo precari oro. Nuncium ad vos
meo sumptu mitto, ut Academiae
exhibeantur meae literae, in quibus
ad vestras respondeo. Nam vestrae
nuncius ad me non redijt. Te
oro, ut ipsi Magnifico Rectori
Academiae vestrae reddas meam
Epistolam, et mihi rescribas, an
sit exhibita. Alteram mittas Domino
cancellario principis Electoris Marchionis,
certum solum nomen habeo. sed in
oppidum meum redijt, ut habeatis